

sal terra, vos estis lux mundi: in publicum argueret, eorumque defectum coram multis obiceret.

20. Job. 42.

Pineda.

Job. 7.

D. Thom. Carthuf.

Job. 1.

Reprehensio occulta publici laudetur homo. Oleaster.

Num. 15.

Reprehensio Pontificis occulta.

Ait Job. 42. num. 2. Scio, quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio: ideo insipienter locutus sum, & quae ultra modum excederent sapientiam meam. Quibus verbis, ut doctè ibi explicat Pineda, agnoscit Job suam reprehensionem, quam secerit à Domino habuerit, eo quod involverit Dei consilium imperitis sermonibus, ac suarum argumentorum causas non promptè apprehenderit. Et tamen post hæc statim subdit textus eodem cap. num. 7. Postquam autem locutus est Dominus verba hæc ad Job, dixit ad Eliphaz, Themanitem: Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Job. Ecce Dominus laudat sapientiam sermonum Job; nam quod rectum est, prudentia, sapientia, ac scientia plenum est. Quomodo ergo ei obicitur: Insipienter locutus es? Nil magis cum sapientia, quam insipientia repugnat. Calle divinæ benignitatis consilium. Privatim, ac occulte Dominus suum amicum Job increpat, & arguit de his, quæ parum considerate locutus est, ut dicunt D. Thomas, & Carthusianus; publice, & coram aliis maxime laudat, magnis encomiis extollit. Nec enim divina clementia eum, quem magnis testimoniis illustravit: Non est ei similis in terra, homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Job. 1. num. 8. publice, ac in aliorum aspectu reprehensione deventus. Oleaster in cap. 45. Gen. ad illa verba: Educite omnem virum à me; sic ait: Cum Dominus voluerit arguere Job, solum eum convenit, quem cum arguisset seorsum, in publico apud amicos commendavit. Non estis, inquit, locuti coram me rectum, sicut servus meus Job. Mirabilis prudentia. Convoceat ipse Job, ut faceret, se stulte locutum, & apud amicos commendat ejus locutionem rectitudinem. Sic ergo, cum voluisset arguere Aaron; & Mariam innumerantes in Moysen, eos ad fuderis & abernaculum seorsum precepit cum fratre meo, & ad omni vos tantum tres ad tabernaculum fuderis, Num. 12. n. 4. Expende illud adverbium, tantum, quia non solum contentus est Dominus præcipiendo, ut irent tres; sed addidit, tantum, maxime enim voluit, ut esset secreta reprehensio Aaronis Pontificis, ac Sacerdotis dignitate insigniti, ut ibi ponderat Theodoretus quest. 32. de quo latè Lorinus. Vide supra cap. 23. num. 24.

Matth. 8. n. 24. Et ecce motus magnus factus est in mari, itaut navicula operiretur fluctibus: ipse verò dormiebat.

VERSIONES.

Syriacus. Et ecce commotio magna facta est in mari, usque adeo, ut navis operiretur fluctibus. Origen. hom. 6. Ecce tempestas magna in diversis, facta est.

Theophylactus. Ecce terra motus magnus.

Vatablus. Ecce motus magnus ortus est in mari, adeo ut navis operiretur a fluctibus.

ALTER TEXTUS.

Matth. 4. n. 34. Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in navim, itaut impleteretur navis, & erat ipse in puppi super cervical dormiens.

Lucæ 8. n. 23. Et navigantibus illis dormivit, & descendit procella venti in stagnum, & complebantur, & periclitabantur.

EXPOSITIO.

Ubi sereno tempore vela dant è portu sacri discipuli, Et navigantibus illis dormivit Dominus, ut ait D. Lucas, tanquam si fesso corpori daret requiem, tamen magno & alto consilio, ut infra explicabo. Et, ut ait D. Marcus, erat Dominus in puppi, hoc est, ut exprimit ibi Syriacus, in posteriori parte navis. Super cervical dormiens, quod ligneum fuisse, asserunt Euthymius, & Theophylactus, & in puppi fabricatum ad somnum caprandum.

Et ecce motus magnus, ait D. Mattheus. Ecce, hoc est, subito: in benigna temporis serenitate tatem è portu solverunt discipuli; tamen dormiente Domino, repente vehementis tempestas irruit in eos. Et ita frequenter accidit; nam cum multi magna temporum felicitate fruuntur, inopinatè maxima adversitatum implicantur congerie. Falsus est in mari, seu, ut habet Vatablus ortus est in mari; Lucas habet in stagno. Et lacus ille utroque modo dicitur more Hebraico, ut notat Carthof. siquidem Hebræi magnam congregationem aquarum mare vocant, itaut navicula operiretur fluctibus. Significat hoc magnam commotionem aquarum in vicem se collidentium, apene emergentium, & etiam implentium naviculam, ut exprimit D. Marcus: Itaut impleteretur navis. Unde discipuli erant in arcto positi, & ut ait Lucas, periclitabantur.

QUESTIO IV.

Qua vi, seu virtute hæc tempestas exorta fuerit?

POTUIT hæc tempestas viribus nature excitari, ut frequenter contingit mari. Tamen quod hæc tempestas, non ex se, sed jussu, ac imperio Christi contigerit, docent Origenes homil. 6.

Ambros. Paschas. Beda. Glossa. D. Thom. Bonavent. Carthuf. Hugo. Tempestas Christi virtute induca.

24. Paschas.

Præsentia Domini, ac judicis maxime formidabilis.

25. Paschas.

Insensibilia gratulantur Domini adventum.

Psal. 113.

Theodor.

26.

Theophyl. Deum in se recipere, & continere insensibilia timet.

27. Chryst.

homil. 6. in diversos. D. Ambrosius in Psal. 43. D. Paschasius, Beda, Glossa, D. Thom. D. Bonavent. Carthusianus, Hugo, & alij. Itaut Beda, Strabus, seu Glossa, quæ ab ipso Strabo est composita, existiment, hæc tempestate solam Christi navim fuisse jactatam, non verò cæteras, quæ in ejus erant concomitatu, ut ita Christus se ostenderet, tam exortæ, quàm sedatæ tempestatis auctorem. Sed verius dicendum, quòd etiam aliæ naves vicinæ simili tempestate premebantur, ut ita manifestaretur major tempestatis vis, majorque virtus Christi eam compelescentis.

Secundò D. Paschasius lib. 5. in Matth. ad illa verba: Cum venisset transfretum; quod cum Dominus ex hac navigatione venisset in regionem Gerazenorum, ubi Dæmones è corporibus hominum ejecit; sic ait Paschasius: Fortasse ergo isti ex permissu concitaverunt ventos adversus eum, & noverunt fluctus, ne transfretus ad eos veniret judex. Viderunt Dæmones, quòd navicula illa, in qua Dominus ferebatur, in regionem, in qua ipsi grassabantur, dirigebatur: tunc Dæmones furibundi, & ætuentes Domini præsentiam, magno conatu, ac artificio, ventorum impulsu, maris commotionem, ac rigidam tempestatem exortant, an ita forte navicula illa in aliam partem deflecteretur. Præsentia Domini, adventus judicis iniquis, ac maledictis valde formidolosus, & terribilis, & ideo Dæmones totis viribus affectabant, Dominum in aliam partem abigere. Vide lib. 1. cap. 5. num. 76. & hoc lib. supra cap. 7. numero 107. & cap. 21. num. 24.

Terridè idem Paschasius cit. lib. 5. in Matth. ad illa verba: Modica fidei, sic ait: Legi ego, quandam doctorem dixisse, quod mare exiliens præ gaudio, sui adventum creatoris vix ferre quiveret; & hinc esse, non quòd tempestas fuerit aurarum, sed lætitiæ motus. Hujusmodi motus maris, aquarum commotio ex quodam veluti naturali impetu provenit: nam sentiens illa aquarum congregatio Deum in se habere, veluti non continens se, sed præ gaudio festivitatis signa exhibens, ac gratulans sui auctoris adventum, exilis, exultat, atque tripudiat, juxta illa Psalmi 113. numero 4. Montes exultaverunt sicut arietes, & colles sicut agni ovium. Quod de monte Sina, & Oreb explicans Theodoretus ait: Colles, & montes moti sunt, & trepidare videbantur, quippe qui calorem Dominum receperunt. Etiam insensibilia Domini adventum ubi ad se sentiunt, exultant, & lætantur.

Quartò, in hac ponderatione, relata à Paschasio, dicam, quòd cum Dominus ingressus esset in mare, factus est motus magnus, seu, ut legit Theophylactus, terra motus magnus. Ubi primum mare agnoscit, se Dominum recepisse, se sentiens indignum ad sustinendum tantam majestatem, statim totis artibus contremiscit, aquarum voragine veluti celerato cursu fugiunt, ima maris commoventur, & pisces magno pavore corripiuntur, ut cum Theodoro proxime citato dicam, trepidare videbantur, quippe qui calorem Dominum receperunt.

Optimè hæc rei concinit illud, quod eleganter dixit Chrysostomus in Psal. 2. Sepulchrum, accepto corpore, deposito terrinum, quòd Paris thesaurum accepisset. Cur fremuerunt gentes, & milites quidem lapidem, ut lapides servaverit in Evang. Tom. 11.

Saxeam sepulchrum, cum primum agnovit, se Domini corpus accepisse, & statim ac si esset humanum pectus, magno tremore concutitur, & agitur. Et milites imperterriti, tanquam si essent insensibiles lapides, Dominum custodiebant. Proh dolor! ne fortè hoc contingat multis etiam Christianis, qui ad mensam Domini absque timore debito accedunt, tanquam insensibiles lapides.

Cum descendisset Deus legem daturus in monte Sina, undique audiebantur tonitrua, micabant fulgura, clangor buccinæ perstrepebat; nubes densissimæ discurrerebant. Totus autem mons Sinai fumabat eo quòd descendisset Dominus super eum in igne, eraque mons omnis terribilis, Exod. 19. num. 18. Quæ ultima verba ita legit Cajetan. Exod. 19. juxta Hebræum: Et tremuit totus mons valde. Sed unde mons tam vehementem, ac insolitum timorem concepit? nam præ timore videbatur mons tanquam quædam arbor agitata à vento, totus commoveri, & labefactari? Descendebat Deus in montem, & ubi tantum Domini adventum ad se sensit, statim magno terrore concutitur, & magno pavore corrumpitur. Cajetanus sic ait: Motus localis ad similitudinem motus tremoris non parvi describitur montis totius, & hic est ille terramotus, de quo meminit David. Psal. 67. num. 7. Terra mota est, etenim cali disillaverunt à facie Dei Jacob. Imò non solus mons, sed totus mundus videbatur tonitru, fulgure, nube, ac caligine commoveri, siquidem hæc omnia discurrerebant hinc, & illinc. Sed unde tantæ commotiones? Philo Hebræus lib. de decem præceptis. Nam per erat, ait, ut Dei adventante potentia, nulla mundi pars conquiesceret. Adeo terribilis, & formidabilis est divina majestas, quòd ad adventum Dei conveniens esset, ut nulla pars mundi quiesceret, sed totis membris contremiscesceret omnis.

QUESTIO V.

Quare Christus Dominus hæc tam servatè tempestatem suo imperio ordinarit?

VANDE magna, & gravis fuit hæc tempestas, ut satis exprimit D. Marcus; facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in navim, itaut impleteretur navis. Et hæc tempestas Christi imperio est excitata, ut cum multis Patribus dixi superiori quest. Nunc causam, & motivum illius inquirimus. Et multa, quæ dixi quest. 2. ad hanc etiam questionem pertinent, ibi videnda.

Ratio hujus rei germana est, quam tradit Origenes homil. 6. in diversos, Divus Basilius Selen. Origen. cus orat. 22. Ut Christus suis discipulis ostenderet potentiam suam; seque tam maris, quàm terra suprenum] Dominum esse. Nam Christus jam declaraverat potentiam suam per multa miracula in terris voluit etiam per hoc miraculum in mari manifestare. Et ideo, ut notat Abulensis, quest. 25. hæc jam gravis tempestas permilla est, nam si esset parva, fortè discipuli ad Christum non recurrerent, & etiam cessaret, ipso jubente.

re, non tam aperte videretur miraculum; quod aliter factum est, dum tam immaniter saeviebat. Et ita in mari, & in terra Christi est declarata potentia. Hac de causa ille Angelus, qui Christum representabat, ut docent Beda, Richardus, Ansbertus, qui apparuit Apoc. 10. n. 2. Joanni, habebat unum pedem in mari, alterum in terra, denotans ubique Christi imperium.

Beda, Richard, Ansbert.

31. Origen.

Felicitas post tempestatem estimatur.

Antiochen.

32. Theophyl. Gloss. Ord. Deus vult, ut ab eo peccemus. Cassian.

Sine Christi adjutorio periclitatur homo.

33. Locus non dat securitatem.

Bernard.

34.

Secundò idem Origenes citato loco. *Facta est autem, ait, tempestas magna, ut magnum opus ostenderetur, quia quanto magis fluctus navicula irruerant, tanto magis timor discipulos conturbabat, ut plus desiderarent, se liberari per mirabilia Salvatoris.* Disponitur hæc tempestas, ut discipuli magno terrore percussis, vehementius se ad Dominum convertant; timor enim mali imminens sæpe nostrum animum graviter impellit in Deum. Deinde, ut plus desiderarent, se liberari per mirabilia Salvatoris. Quanto quis gravius periculo premitur, tanto ardentius ab illo eximi cupit, ac fatigatus dum se liberatum agnoscat, magis gaudet, ac in majori ætimatione habet, & reputat. Ut ergo vehemens hoc desiderium in discipulis excitaretur, utque Christi donum, in periculum evadendo, eis esset in magno pretio, ideo permittitur, tam acerba tempestate comprimi, atque affligi. In eadem sententia est Victor Antiochenus in 4. Marc. & sic ait: *De miraculum majus appareret, & ejusdem memoria Apostolorum pectoribus diutius inhereret: Magnum discrimen magnam sui recordationem gignit.*

Tertio Theophylactus, Glossa Ordinaria. *Ut discipuli magis timeant, & rogent, & rogantibus ostendat potentiam.* Magnus, & magnificus Dominus vult exorari, ab eoque dona peti; quod, ut Apostoli præstarent, tanta decretum est exagitari tempestate. Quarto Simon Cassianus lib. 5. cap. 2. *Ut probaretur experimento sensibili, quod absque Christi adjutorio in mari levisifero hujus mundi submergitur à varietate fluctuum involuti, à vitiosa involuione ad inferiora peccatorum in posterum descendentes.* Si Christi adjutorium desit, omni statim periculo, malorumque voragine involvitur homo.

Quintò Erant discipuli in sublimi illa, sanctissimaque navi, in qua Christus ferebatur, & tamen hæc tempestas permittitur: ut ibi maxime timeant, quia esto quis in eminenti sit, sanctoque loco; ibi magnum timorem retineat; nam cum nullus ibi sit immunis à casu, nullus sit etiam immunis à metu. D. Bernardus serm. de ligno, feno, & stipulâ, ait, *Nunquam est securitas, frares, neque in celo, neque in paradiso, multo minus in mundo. In celo enim cecidit Angelus sub presensia divinitatis: Adam in paradiso de loco voluptatis: Judas in mundo de schola Salvatoris. Hæc idcirco dixerim, ne quis sibi de loco isto blandiatur.*

Sextò Divus Ambrosius serm. 62. in Dom. 5. post Pentecosten, sic ait, *Erat ibi Simon Petrus, sed erat pariter & proditor Judas: quamvis illius fides fundaret naviculam; hujus tamen eam perfidia conturbabat: tranquillitas est, ubi solus Petrus navigat; tempestas ubi Judas admittitur: licet esset Petrus firmus suis meritis, perturbatur tamen criminibus proditoris. Unius ergo delicto cunctorum merita quatuntur.* Dum Petrus est solus in sua navicula, Luc. 5. numero. 6. summa tranquillitate gaudet, & sereno dat tempore vela: dum ei

associatur Judas, maxime fluctuat, laboratque navis. In quo multa sunt notanda. Primò Perturbatur tamen criminibus proditoris. Nam ubi execrabile proditoris nefas habetur, nulla serenitas, tranquillitas nulla, sed omnia perturbatione, & altercatione confunduntur infausta, ita ut discipulorum merita præclara, nec pacem dare valeant, neque levamen. Ait Joannes Apoc. 12. cal. 1. 2. nu. 10. *Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, qui seducit universum orbem. Et audivi vocem magnam in celo dicentem: Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus, quia projectus est accusator fratrum nostrorum.* Quando in ipso celo degebat ille execrabilis proditor; humanique generis seductor, omnia prælio erant, ac seditione perturbata; cum autem ille projectus est, clamant Angeli: *Nunc facta est salus, virtus, & regnum Dei nostri.* Expende illud: *Nunc salus, virtus, ac regnum Dei nostri,* quod est æternum, ac sempiternum; tamen ubi ille cecidit, tunc maxime ejus salus, virtus, ac imperium declaratum est in summa pace, ac tranquillitate, ut ibi explicant Aretas, Ansbertus, & alij.

Proditor perturbavit omnia.

Apoc. 12.

Aretas, Ansbert.

35. Ambros.

Eadem Ambrosii verba secundò preme. *Quamvis illius fides, scilicet Petri, fundaret naviculam, cujus tamen eam perfidia conturbabat.* Fides Petri validissima, & super hanc petram fundatur Ecclesia, adversus quam portæ inferi non prævaluerunt. Fides Apostolorum valde præpotens etiam ad transferendos montes, Marc. 11. num. 3. 1. Et tamen hæc navicula tam præclara fide, ac tantis meritis fundata, adhuc procellosa tempestate concutitur, ait Ambrosius, *Hujus, scilicet Judæ, eam perfidia conturbat.* Ad eodè grave, ac ponderosum est peccatum, ut fides, quæ potest montes transferre, hic contra unius Judæ nequitiam non sufficiat ad continentandam navim, quin ad ima petat, & alternantibus undis veluti profundum attingat. Nam, ut ait ipse Ambrosius. *Unius ergo delicto cunctorum merita quatuntur.* Vide supra c. 18. n. 2. 3. & c. 20. n. 18.

Peccatum valde grave & ponderosum.

36. Ambros.

Septimò idem Ambrosius lib. 4. in Luc. ponderans, quod hæc navicula hic concutitur fluctibus, cum tamen ipsa navis Petri, Luc. 5. n. 6. sit in magna serenitate: in hæc verba fatetur, quæ parum differunt à superioribus. *Non turbatur ista, quæ Petrum habet, turbatur illa, quæ Judam habet. Et si multa illic discipulorum merita navigabant, tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In utraque Petrus, sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caveamus igitur perfidum, caveamus proditorem, ne per unum plurimi fluctuamus.* Cur Petri navis tam felici aura fruatur, hæc verò navicula tanta tempestate premitur? Aderant hic Domini discipuli, aderat & Judas: & sæpe multi boni, unius iniquitate periclitantur. *Caveamus ergo perfidum, ne per unum, plurimi fluctuemus.*

Societas peccatorum multis navibus fluctuamus.

37.

Naves suas mittebat Salomon in Tharsis, quæ tertio anno opulenter, ac sceleriter ad eum veniebant, 3. Regum 10. num. 2. Naves suas etiam in Tharsis destinavit Josaphat Rex, quæ omnes sæviente tempestate ventorum impulsu in mari naufragantur; ut ei denunciavit Propheta Elisæus: *Percussit Dominus opera tua, contrite sunt naves, nec poterunt ire in Tharsis,* 1. Paralip. 20. num. 37. Cur quæso, omnes naves Salom

Salomonis securè eundo, & redeundo per mare pergunt; omnes verò rates Josaphat in pelago naufragantur, nec una quidem salva ad portum appulsa est: Salomon amicitiaæ fœdus inicit cum bono, & probo Rege Hiran; Josaphat verò cum Ochosis Rege iniquissimo: etsi illius probitas tutamen dedit classi, hujus verò iniquitas interitum præparavit; ut multæ, & copiosæ naves unius malo ita submergerentur. D. Ambrosius in Psal. 47. ad illa verba: *Comeres naves Tharsis,* sic ait. *Quia Josaphat impio, scilicet Ochosiæ, se confunxit, ideo missus est ad eum Propheta, qui diceret ei, Destruat Dominus opus tuum, & contraria sunt naves tue, & non poterunt ire in Tharsis. Ad Salomonem autem, ut pote sapientem, & pacificum virum, naves de Tharsis cum auro, & argento, & dentibus barbaris sine ulla offeruntur veniebant, & eodè ipse mittebat. Habebat enim cum Rege Hiram sacra negotiationis spiritualis commercium, & musæ gratia concertantis affectum.*

Ob societatem iniquitatem venit multi.

Ambros.

38.

Psalm. 68.

Matth. 26.

Accessus iniqui signum mortis.

Chrysol.

Valde nocivum, & exitiale est impij commercium, ac sodalitiū; & in acerbam, durâque tempestatem trahit. Ait Christus Dominus de se: *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Psal. 68. num. 3. Sed quonam signo in sæviente tempestate mortis, ac dolorum traditus est Christus? Osculo nempe Judæ: *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenece eum,* Matth. 26. num. 48. Et cur non aliud signum datur ad mortem, & comprehensionem, nisi osculum proditoris? Per osculum denotatur consortium, ac sodalitiū inter osculatum, & osculantem: & nullo manifestiori signo poterat exprimi, quod innocentiissimus agnus tempestate mortis, ac passionis erat submergendus, ac opprimendus; quàm dum nefarius proditor per suum osculum ad eum accedit, eique appropinquat. D. Chrysolomus, sem. 1. de Proditoribus, sive de feria quinta Passionis. *O signum sacrilegum, & convenus nefarius, ô placium puniendum; ubi ab osculo incipiunt bellum: Quemcumque osculatus fuero. Hoc signum Judas tu dedisti, hoc pactum in tuo magnanimo perfidisti: ut cum quo faceres pacem; ipse caperetur ad crudelissimam passionem.*

QUESTIO VI.

Quid hæc navis significet? Et quare tam acerba tempestate premitur?

39. August. Alb. Magn. D. Thom. Bonavent. Hugo.

Ujus navis tropologicè quatuor significationes appono. Et primò ut docet D. August. homil. 3. in ev. 17. Albertus Magnus, S. Thomas, D. Bonaventura, Hugo, per hanc navim significatur anima, quæ facta est quasi navis instituta, & maxime concutitur, & jectatur tentationibus superbæ, gulæ, luxuriæ, invidiæ, ac adversitatum, & contradictionum. Et in hanc navim ascendit Jesus per gratiam cum discipulis, hoc est, sanctis cogitationibus, & inspirationibus, etsi aliquando dormire videatur, dum nos sinit cum ipsa tentatione luctari; atque adversitate concuti. Ut enim ait D. Eucherius lib. de formulis spiritualibus, *Dormire Dei est, anxietas tardas subvenire.* Et idem habet Eusebius Gallicanus homil. in Dom. 4. post Epiphaniam. *Tunc nostris orationibus, ac precibus Sycoria in Evang. Tom. 11.*

D. Eucher.

Euseb. Gall.

evigilandum est Jesus. *Exurge, quare obdormis Domine? Quare faciem tuam avertis, & oblivisceris inopia nostra, & tribulationis nostræ?* Psal. 43. num. 23. Et tunc fiet tranquillitas magna.

Psalm. 43.

Non inepte etiam per furentes ventos, sævientem tempestatem, insurgentes undarum voragine interpretari possunt convicia, opprobria, ac injuriæ, quibus ab adversario humanus animus, degens in hoc sæculo impetitur, ac concutitur, & quibus ira movetur, ac effervesceit, nisi in eis insurgat Jesus, infundens pium, benevoluntque affectum, sine dubio humanum pectus in penè inevitabile iræ, & vindictæ impelletur naufragium. Accipe D. Augustinum Augusti tractat. 49. in Joan. *Invan veni cor tuum, utique ubi navigas, ubi hanc vitam, tanquam procellarum, & periculorum pelagus transis: inrans veni, movens fluctus, turbans navim, Qui sunt venti? Audisti convicium; irascens: convicium ventus est, iracundia fluctus est. Periculosis. Disponis respondere, disponis maledictum maledicto reddere, jam navis propinquat naufragio.*

40. Convicia, opprobria, ac injuriæ, quibus ab adversario humanus animus, degens in hoc sæculo impetitur, ac concutitur, & quibus ira movetur, ac effervesceit, nisi in eis insurgat Jesus, infundens pium, benevoluntque affectum, sine dubio humanum pectus in penè inevitabile iræ, & vindictæ impelletur naufragium.

Secundò D. Cyrillus in Catena Græca, D. Antonius Ulyssiponenis serm. in Dom. 4. post Epiphaniam, sic interpretatur, *Siagnum;* erat Judæ, quàm ascendit Christus: *procella tempestas passionis,* quando in cruce Christus dormivit, tunc discipuli à fidei firmitate recesserunt, sed resuscitati fuerunt, resurgente Domino, & increpavit eorum incredulitatem, dicens Luc. 24. num. 25. Luc. 24. *O stulti, & tardi corde ad credendum: Nonne sic oportuit, Christum pati. Imperavit ventis, & cessavit tempestas incredulitatis.*

41. Cyrill. Anc. Ulyssip.

Tertio D. Thomas, Hugo per hanc navim Crucem Domini intelligunt. Nam navis in principio, & in fine stricta est, in medio lata. Crux stricta fuit in summo, quia Jesus non habuit, ubi caput suum reclinaret, & in imo similiter habens pedem super pedem; lata in medio fuit, quia ibi expandit Dominus manus suas. Qui hanc crucem amplectuntur, tempestatem patientur à mundo, carne, & diabolo: sed invocantes Dominum, eis adest opportunus auxiliator, quo ducet securè ad portum salutis accedunt. *Exiguo ligno credunt homines animas suas, & transentes mare per ratem liberati sunt;* Sap. 14. num. 5.

42. D. Thom. Hugo.

Crux salutaris, dicitur hinc invocantes Dominum, eis adest opportunus auxiliator, quo ducet securè ad portum salutis accedunt.

Sapient. 14.

Quarto Tertullianus lib. de Baptismo cap. 12. Eusebius Emisenus Dom. 5. post Epiphaniam. Divus Cyrillus in Catena Græca. Divus Chrysologus serm. 21. per hanc navim Ecclesiam Christi agnoscunt, quàm tyranni sua impia crudelitate, Hæretici suis falsis dogmatibus, & erroribus impetunt, & spumosis fluctibus, ut ait Chrysologus citatus, suarum questionum, ac disputationum contra sacra dogmata Catholica, quæ potius fidei obedientia, quàm humana discursiva ratione sunt veneranda, insurgunt, ac navem Christi opprimere intendunt. Tamen invanum laborant; nam etsi paulisper videatur Dominus dormire, ut sui milites tentationibus exerceantur, non tamen dormitavit, neque dormiet, qui custodit Israël, sed ipsum prælium intuetur, & gaudet, dum videt suos strenuos milites, & ut inquit Emisenus, & Tertullianus suorū fervorū precibus provocatus, magnis favoribus adest opportunus auxiliator, atque defensor, ut victoriæ præmia largiatur, utque Ecclesiam suam custodiat, ac taceatur, *Z z eamque*

43. Tertull. Emisenus, Chrysolog.

Ecclesia in tempore persecutionis formata, magisque crescit.